

AENEIS II, 26-56

ergo omnis longo soluit se Teucria luctu;
 panduntur portae, iuuat ire et Dorica castra
 desertosque uidere locos litusque relictum:
 hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles;
 classibus hic locus, hic acie certare solebant.
 pars stupet innuptae donum exitiale Mineruae
 et molem mirantur equi; primusque Thymoetes
 duci intra muros hortatur et arce locari,
 siue dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.
 at Capys, et quorum melior sententia menti,
 aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
 praecipitare iubent subiectisque urere flammis,
 aut terebrare cauas uteri et temptare latebras.
 scinditur incertum studia in contraria uulgas.

Primus ibi ante omnis magna comitante caterua
 Laocoona ardens summa decurrit ab arce,
 et procul 'lo miseri, quae tanta insania, ciues?
 creditis auctos hostis? aut ulla putatis
 dona carere dolis Danaum? sic notus Vlices?
 aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui, 45
 aut haec in nostros fabricata est machina muros,
 inspectura domos uenturaque desuper urbi,
 aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri.
 quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis.
 sic fatus ualidis ingentem uiribus hastam
 in latus inque feri curuam compagibus aluum
 contorsit. stetit illa tremens, uteroque recusso
 insonuere cauae gemitumque dedere cauernae.
 et, si fata deum, si mens non laeuia fuisset,
 impulerat ferro Argolicas foedare latebras,
 Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

30

35

40

50

55

ergo: portanto
 omnis: todo (a)
 solvo, -ere: libertar
 Teucria: Troia
 luctus, -us: luto
 pandor, -eri: abrir-se, esticar-se
 iuovo, -are: convir, ser apropriado
 Doricus, -a, -um: dos dórios (gregos)
 castrum, -i: acampamento militar
 video, -ere: ver, olhar
 litus, -oris: praia, litoral
 relictus, -a, -um: abandonado, largado
 hic: aqui
 Dolopes, -um: dólopes, povo da Tessália
 manus, -us: braço, mão
 saevus, -a, -um: feroz, cruel
 tendo, -ere: estirar-se, espreguiçar-se
 classis, -is: frota
 acies, -ei: fileira de soldados
 certo, -are: lutar, guerrear, competir
 soleo, -ere: costumar, ter o hábito de

qui, quae, quod: que (interr.)
 credo, -ere: acreditar
 avectus, -a, -um: ter sido expulso
 notus, -a, -um: ter sido conhecido
 inclusus, -a, -um: ter sido escondido
 occultor, -ari: ocultar-se, esconder-se
 in: contra
 inspecturus, -a, -um: que vai espionar
 venturus, -a, -um: que virá
 ferens, -tis: carregando